



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De iuuenco clero, qui relicto studio monasterium intravit. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

680 DIALOGVS NOVITIORVM.  
æterna, pro vanitatibus huius sæculi glorioſiſſimū regnum Da-  
quatenus cum Paulo Apostolo veraciter proloquaris: Tāquam  
nihil proprietatis habentes, & omnia in communitate possiden-  
tes. Hæc & similia eo cogitante, & sanctorum Patrū vſtigia pe-  
ſingulos dies cōſiderante, confortatus est in melius animus ſac-  
dotis. Et post probationis tēpū habitu regulari induitus eſt, atque  
anne cōplete ſolenni voto professus. Qui poſtmodum in ordine  
annis triginta laudabiliter viuens, in bona ſenectute obdormi-  
in pace.

### C A P V T VI. /

*De iuuenie clericis, qui relictū ſtudio monaſterium intrauit.*

Senior.  
Adoleſcēs  
quidam à  
ſtudijs ad  
monaſte-  
rium deſ-  
iuit.

1. **F**uit quidam iuuenis ſcholaris, primæuæ ætatis flore vigi-  
cens; qui ſtudio literarum deditus Dauentriæ, nonnunquam  
à conſtudentibus ſocijs & promotis ad ſtudium Parigiſe in-  
tabatur promiſſis & donis. Sed quorundam deuotorum cōſilio ab  
hac intentione reuocatus eſt, & informatus ne ſe periculo dare  
deſiderio altioris doctrinæ. Interea accidit, ut duo germani fra-  
tres consolades eius, corpore & ingenio habiles, de ſchola Daue-  
triensi versus Parigiſos ſe tranſerrent. Cumq[ue] paruo temporis  
ibidem in ſtudio ſtetiffent, vno die ambo defuncti ſunt.

2. Sed & alij quidam ex ſtudentibus ad magiſterium promo-  
ti, poſt multas expenſas & diuturnos labores, cum cœpiffent ſci-  
entia & fama clarere, ex hac luce repente ſunt subtracti. Audiens  
hoc prafatus iuuenis de ſuis coætaneis ſtudentibus, compunctus  
eſt amplius, atque in breui valedicens ſcholaſticis rebus, diſci-  
pulus Christi inter regulares effeſtus eſt.

### C A P V T VII. /

*De matrona, qua filium conuerſum planxit; ſed poſta ad Deum  
conuerſa, gratias egit.*

Senior.

1. **M**atrona quædam diues, & ſecularis, filium unicum habuit  
tenere dilectum, ætate & ſcientia ac moribus adornatum.  
Hic cæleſti inspiratione afflatus, elegit Deo potius humilitate  
ſeruire, quam in ſeculo paternis bonis tranſitorie frui, & mercari.  
Recessit ergo ab aspectibus amicorum longilius, petiitque mona-  
ſterium regularium, ad famulandum Domino ſecretius & perfe-  
ctius, cunctis mundi retinaculis abdicatis. Quem mater vidua  
ſubſecuta, precibus ac lamentis ſtuduit reuocare, ſed minime  
valuit.

2. Illa igitur ad ſua abeunte, & in moerore graui exiſtente, con-  
tingit

